LEGENDAE SANCTORUM. AUGUSTINUS. ALCUINUS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 56r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Vita Sci Bengolfi Mart. 56

IR·ITAQ·DNI·

Bengolfus alto parentu germine. & supbi sanguinis nobilitate burgundia extitit oriundus. & disciplinis xpiani dogmatis aparentib apprime eruditus est. Qui puerulus adhuc & pclare indolis forma ornatus. assuescebat crebris inter ee piorū conuentib. & fauos diuini eloquii abeorū ore suscipiens. catholicas ruminare sententias & inuentrē memorie trahere non desistebat. Et licet seculari eeē toga ptextus. scripturas tamen norme ecclesiastice sicienti indesinenter epotabat pectore. Erudiebatur pfecto diuinitatis occulto iudicio. ne quid minus pfectionis postmodum inesse beatissimo uiro. Erat enim reuerendus inuultu. affabilis inalloquio. prudens inopere. facundus in ore. vniuersa morū honestate pclarus. Ludicra nichilominus irreligiosorū spectacula ueluti baratri pfunda respuens. obscenas uitare studebat iuuenū confabulationes. que animi puritatē solent suis illecebris deturpare. Atq; euangelice admonitionis non surdus auditor. serpentine prudentie astutiam retinens. columbine simplicitatis mansuetudinē non amittebat. Moxq; ut prediorū amplitudo qua nimium pollebat. & patrimonii census ditioni eius cessit. quantū circa egenos dapsilis dispensator extiterit. non est nre facultatis enarrare. Nam iuxta exem